

ducetur inuentum tertium, s. 105. gra. q̄ semper etiam maius est 90. siquidē secundum eū est maius, subduco igit̄ inuentū hoc de semicirculo, & remanēt in residuo 75. gra. sinus eius est 96592. qui q̄ maior etiā diuisor est, iam duco sinū primi inuēti, s. 66145. in totū, & productū diuido in ipsum diuisorē, pueniēt in q̄tiente 68479. cuius arcus est 43. gra. 13. mi. arcus ille circuli uerticalis inter zenith & circulū positionis transeuntē per corpus ☉. Verum hæc quæ diximus om̄ia, de stellis & punctis illis uera sunt, quæ supra horizontē conspicunt̄: sin autē sub horizōte fuerint, tunc tibi p̄pone punctū diametraliter ei oppositū, ut si uelim scire, quantū circulus positionū sub terra, qui p̄ 2. gr. 26. mi. → ducit̄, à zenith distet, adsumo tunc mihi 2. gra. 26. mi. II, & cū eo p̄cedo per om̄ia operando ut supra, & p̄dabit tandem mihi quæsitum.

PRONVNCIATVM LXXIX.

Altitudinem poli arctici super semicirculum positionis breuissime & exactissime inuestigare.

Altitudo illa poli sup semicirculū positionis nihil aliud est q̄ distantia poli arctici secundum circulū maiore à semicirculo positionis, qui quidē circulus maior sup semicirculo positionis ducit̄ ad angulos rectos. Ea altitudo multū p̄derit ad dirigendos quinq̄ sagittatores, q̄uis ita loqui Pontanus nō pmittat, non libet tamē hic à prisco uocabulo recentius melius quidē dicere peragratio siue permeatio gradus ascendētis, unde inquit̄ quicquid accidit in corpe. Peragratio igitur ☉ facit ad quærendū dignitates, exaltationes honorum & regni ipsius nati, gradus autē ☽ peragratio fit p̄pter esse animæ, corporis, atq̄ conjugii. Quarta dehinc pagratio siue directio partis fortunæ siue horoscopi gradus ☽ fit p̄pter acquisitiones & p̄fectus substantiæ. Ultima autē quæ & gradus est ipsius medijs coeli, fit p̄pter magisteriū & reliquas particulares dispositiōes. Propter eiusmodi directiones siue p̄fectiones inuentus est circulus positionū, & altitudo eius reperta. Porrò inuisita iam circuli superiori p̄nunc. distantia semicirculi à uertice capitis siue zenith horizōtis in circulo uerticali, duc sinum distantiæ huius in sinū latitudinis regionis, productū diuide in sinū totū, & arcus quotientis dabit altitudinem poli septentrionalis quæsitā super semicirculo positionis. Exemplū hoc habe. Ex superiori pronunc. inueni ad horā inronisationis etiam distantia semicirculi positionis à zenith, qui ductus est per gradū siue locum ☉ 43. gra. 13. mi. sinū eius 68479. duco in sinū altitudinis poli 48. gr. 20. mi. ita ut est Augustæ sinū eius 74702. diuiso in perfectum, produco 51155. cuius arcus est 30. gra. 46. mi. altitudo illa poli super semicirculum positionis quæsitā.

PRONVNCIATVM LXXX.

Horā diurnā ex altitudine solis sup horizontē in omni regione

Habita altitudine solis sup horizontē, q̄re etiā declinationē gradus ☉ per 5. hinc & declinatio fuerit septentrionalis, adde eam cōplemento altitudinis poli, uicissim subtrahere eam si sit ☉ in signo meridionali, & pueniet altitudo meridiana. Deinde duc sinū altitudinis huius meridiane in sinum totū, & diuide p̄ductum in sinū cōplementi altitudinis poli, quotientē dic inuentū primū. Postea duc etiā sinum altitudinis ☉ supra horizontē in sinum totū, & diuide p̄ductū in sinum cōplementi altitudinis poli, quotiēs erit inuentū secundū. Atqui hoc inuentū secundū inuenire etiā potes hoc modo. Si sinū altitudinis ☉ ducas in inuentū primum, p̄ductū uero diuidas in sinum altitudinis meridiane, quotiēs illud dabit quoq̄ inuentū secundū. Vtroq̄ hoc inuento habito, subtrahere secundū à priori, semper em̄ illud est minus, reliquū rursus duc in totum, & productū diuide in sinū cōplementi declinationis gradus ☉, quotiens uocabit̄ inuentū tertium, quod si minus fuerit sinu toto, subtrahere ipsum à toto sinu, & habebis arcum t̄pis ante uel post meridiē. Sed si extiterit hoc inuentum tertium maius toto sinu, subtrahere hinc sinum totū, & arcum residui adde ad 90. siq̄ etiā habebis arcum antemeridianū uel pomeridianū, eum si diuides per 15. gra. iamā confeceris horas. Et si tempus illud fuerit ante meridiē, totidē horas cōnumera retrorsum uel sus à 12. hora: sed si sit pomeridianū, adde tot horas ad 12. hoc est meridianā horā, & pueniet hora diei quæsitā. Exemplū ni sit etiā molestū tibi, esto ut hora inronisationis fuerit altitudo